

phora octoginta . culeus mille & sexcētas libras pē/
det. Ita Portius. Ex quibus nō potest esse obscurū li/
bras & uncias ponderales eū intelligere. scribit enim
pēdet: quod si de mēsuralibus sensisset capit aut cō/
tinet aut tale quippiā scribere oportebat . Sed dice/
ret quis. Portius nō negat se de pōderalibus sentire,
uerū uini sextarium tantū pendere ait, nec sine testi/
bus: id enim ex Plinij loco, qui est de uino Opimia/
no, colligi potest, & Fānius clare dicit his uersibus.
Nā librę: ut memorāt: bessem sextarius addet.
Seu pueros pendas latices, seu dona Lyæi.
Demus nūc uerum esse uini sextarium Romanum
pendere uncias uiginti: Portius certe nō uoluit uini
tantum explicare, sed communem tam liquoribus
quā aridis: unde fit ut modij pondus librarum ui/
ginti sex & unciarum octo, quod inde sequitur, esse
dicat: quo tamen modio ueteres nullum liquorem,
nedum uinum metiri fuisse solitos in cōfesso est. Ne
uero hæc credantur conficta, Portij uerba attenda/
mus. Modij sex medimnum conficiunt. sextarij se/
decim modium. Sextarios pono quia & his sicca &
humida metiri consueuerunt. Horum singulorum
pondus superius scripsi fuisse libræ & besis. id est
unciarum uiginti. Modij pondus ex computatione
sextarij & amphoræ superius adducta, fuit librarū
uiginti sex & unciarum octo. Sic ille. Vides clare
sextarium